Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



104

Ad. i. cap. Regi seculorum immortali invisibili soli deo honor et gloria in secula seculorum Amen. Ant. Fratres laudate pfi estote in uitem et hortamini pates habete et deus patis et dilectionis erit uobiscum. Ant. Gratia domini nri ihu xi et caritas et comunicatio sti spiritus sit cum omnibus nobis. Ant. Tres sunt qui testimonium dant in celo pater. uerbum. spiritus sanctus et hi tres unum sunt. Ant. Benedictio et claritas et sapiencia et gratiarum actio honor virtus et fortitudo deo nro in secula seculorum Amen. Collecta. Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in ecte uere fidei cognoscere gloriam agnoscere et in potentia maiestatis adorare unitatem quesumus ut eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Alia. Domine deus pater omnipotens nos famulos tuos tue maiestati subiectos per unigenitum filium tuum in uirtute spiritus sancti benedic et protege ut ab omni aduersitate securi in tua iugiter laude letemur. Per. Glycomedis mrtris oratio. Deus qui nos per sti glicomedis martiris tui meritis et intercessione letificas concede propitius ut qui eius beneficia postemis dono tue gratie assequamur. Per. Gaudentii et petri oratio. Deus qui nos annua beatorum gaudentii et petri solemnitate letificas prestans quesumus ut quorum gaudemus meritis proficiamus exemplis. Per dominum. Erasmi martiris oratio. Deus qui beatum Erasmum martirem tuum atque pontificem tormentis ereptum angelico pane tibi tribuisti quesumus ut eius precibus et meritis ab hostibus corporis et anime triumphare valeamus et cum illa dulcedine perfruimur mereamur. Per. Alia. Deus in cuius uirtute beatus martir et pontifex tuus Erasmus cuncta genera tormentorum superauit fac nos eius in fuimentibus meritis tuitus nobis adsit antiqui insidias superare et a peccatis et mundana afflictione et a morte perpetua liberari. Qui.